

Band XI., Nr. N5614, Seite 492

Der Esslinger Bürger Druchlieb verschreibt dem Kloster St. Blasien zum Schadensersatz für Totschlag eines Eigenmanns eine Gült von 22 Schilling.

Esslingen, 1256. Februar 3.

Omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Druchlebus civis in Esselingen notitiam subscriptorum. Proclivis ad malum vita cunctorum ac hominum memoria labilis admonent que geruntur perstringi serie litterarum. Noverint igitur omnes et singuli, quod dum ego malo inductus spiritu et ira motus Cūnonem de Husen famulum monasterii Sancti Blasii Nigre Silve heu interemerim sine causa, saniori consilio ductus volens dicto satisfacere monasterio pro eodem constituo, quod de curia mea in Husen¹ procurator reverendorum dominorum . . . abbatis et conventus monasterii prefati accipiat singulis annis viginti duos solidos nomine census, quousque predium aliquod adiacens possessionibus dicti monasterii comparem, de quo plene censum eundem percipiant annis singulis in festo sancti Thome apostoli persolvendum. Super quibus omnibus plenius exequendis Rudigerum schultetum, Rudigerum dictum Clephe et Marquardum de Cimiterio fideiussores dedi et ipsi fide prestita promiserunt, quod ipsi si negliens fuero producant hec omnia ad effectum. In horum autem omnium evidentiam et robur hanc paginam exinde conscriptam procuravi muniri sigillo communitatis civium in Esselingen perpetuo duraturo.

 Actum in curia domini decani in Esselingen, cuius etiam sigillum est appositum, anno domini MCCLVI., III. nonas Februarii, indictione XIII., presentibus viro religioso F. priore domus ordinis Predicatorum, E. preposito de Nellingen, magistro C. de Constantia, A. rectore ecclesie in Ruth, Ūl. Schüheli, Ūl. Kilso, C. de Dürinchain, H. Holzhusario, F. de Vico et aliis quam pluribus tam clericis quam laicis, in domino feliciter. Amen.

Nach dem Kopialbuch des Klosters St. Blasien aus dem 14. Jahrhundert auf Pergament, S. 123, im Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten.

¹Scharnhausen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten

Signatur/Titel des Originals:

Kopialbuch des Klosters St. Blasien, S. 123

Editionen:

JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 478 f., Nr. 373.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Abschrift

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Aussteller:

Druchlieb; Bürger von Esslingen

Ortsindex:

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Nellingen Wohnplatz (545)
 Nellingen, Ostfildern, ES
 Obertürkheim Wohnplatz (40)
 Obertürkheim, Stuttgart, S
 Ruit : Ostfildern ES
 Ruit Wohnplatz (549)
 Scharnhausen Wohnplatz (550)
 Scharnhausen, Ostfildern, ES
 St. Blasien Wohnplatz (15605)
 St. Blasien, WT
 Untertürkheim Wohnplatz (62)
 Untertürkheim, Stuttgart, S